

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum in defectu ludi possit esse aliquod vitium? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

referetur  
diff. 86. c.  
Pascet.  
808

4. Eth. le.  
16. co. vi.

extrema necessitate, in qua esset ei subueniendum. Dicit enim Ambrosius in lib. f de Officijs, Palce famoriente. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non pauoris, occidisti.

## ARTIC. IV.

Vtrum in defectu ludi consistat aliquod peccatum?

**A**D quartum sic proceditur. Videtur, quod in defectu ludi non consistat aliquod peccatum. Nullum enim peccatum interdicitur paenitenti. Sed et fal. pa. Augustinus \* dicit, de paenitente loquens, Cogitat cap. 15. se à ludis, & à spectaculis seculi, qui perfectam m. 10. + consequi remissionis gratiam. Ergo in defectu ludus est aliquod peccatum.

**¶ 2** Præterea, Nullum peccatum ponitur in commendatione sanctorum. Sed in commendatione quorundam ponitur quod à ludo abstinuerunt. Dicitur enim Hieron. decimoquinto, Non sedi in confilio dentium. Et Tobia tertio dicitur, Nunquam cum iudentibus miscui me, neque cum his qui in levius sensus ambulant, participem me præbui. Ergo in defectu ludi non potest esse peccatum.

**¶ 3** Præterea, Andronicus ponit austrietatem, quam inter virtutes numerat, esse habitum, secundum quem aliqui neque afferunt alijs delectationes, neque ab his recipiunt. Sed hoc pertinet defectum ludi. Ergo defectus ludi magis pertinet virtutem quam ad vitium.

**¶ 4** SED contra est, quod Philosophus \* in secundo & quarto Ethicorum, ponit defectum in ludo esse vici-

tib. 2. c. 7.  
¶ 4. c.  
2. tom. 5.

sum.

RESPONDEO dicendum, quod omne quod est contra rationem in rebus humanis, vicium est. Et autem contra rationem, ut aliquis se alijs onerosum exhibeat, puta dum nihil delectabile exhibet, & etiam delectationes aliorum impedit. Vnde Seneca dicit, Sic te geras sapienter, ut nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vilem. Illi autem qui

in ludo dicuntur sum lu & dicu in 4. E quicquid non propter op ideo de pertince quod par di: quaspi cibo.

Ad p tibus le eis lud hoc ipf diminu Ad se quiuit r magis bam , dicitur quod p his qui bui.

Ad s dum qu nes, se periner amicitia dicitur dum cor latatio

in iudeo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquod ridiculum, & dicentibus molestii sunt, quia scilicet moderatos alio-  
rum iudos non recipiunt. Et ideo tales vitiosi sunt,  
& dicuntur duri, & agrestes, ut Philosophus \* dicit  
in 4. Ethicorum. Sed quia iudus est utilis propter  
querem & delectationem, delectatio autem & quietes  
non propter se queruntur in humana vita, sed pro-  
pter operationem, ut dicitur in decimo f. Ethicorum:  
ideo defectus iudi minus est vitiosus, quam iudi su-  
perexcessus. Vnde Philosophus \* dicit in 9. Ethicorum  
quod pauci amici propter delectationem sive haben-  
di: quia parum de delectatione sufficit ad vitam  
quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit in  
cibo.

Ad primum ergo dicendum, quod quia poeniten-  
tibus luctus indicitur pro peccatis, ideo inrereditur  
eis iudus. Nec hoc pertinet ad vitium defectus, quia  
hoc ipsum est secundum rationem, quod in eis iudus  
diminutur.

Ad secundum dicendum, quod Hieremias ibi lo-  
quitur secundum congruentiam temporis, cuius status  
magis luctum requirebat. Vnde subdit, Solus fede-  
bam, quoniam amaritudine replesti me. Quod autem  
dicitur Tobiz tertio, pertinet ad iudum superfluum:  
quod patet ex eo quod sequitur, Neque cum  
his qui in levitate ambulant, participem me pra-  
bui.

Ad tertium dicendum, quod austерitas secun-  
dum quod est virtus, non excludit omnes delectatio-  
nes, sed superflues & inordinatas. Vnde videtur  
pertinere ad affabilitatem, quam \* Philosophus  
amicitiam nominat: vel ad eutrapeliam sive iu-  
nxit. Et tamen nominat & diffinit eam sic secan-  
dum conuenientiam ad temperantiam, cuius est de-  
libaciones reprimere.

*lib. 4. c. 8.  
parum &  
prin 10. 5  
li. 10. c. 6.  
tom. 5.  
\* 1. 9. c. 10  
a me. f. 5.*